

onum momenta, ut illum in publicum prodire paterer, me impulerunt. Præter enim quàm quòd nonnulli clarissimi viri mihi, ut id facerem, autores & hortatores fuerunt, vestrà etiam, Magnifici, Nobilissimi, Amplissimi, Consultissimi, Clarissimi & Prudentissimi Viri & Fautores submissè colendi, addo & discipulorum meorum causâ id faciendum putavi.

Nam ad discipulos quod attinet, volui hoc modo quasi calcaribus quibusdam ad Pœeseos studium incitare illorum animos, è quibus etsi non pauci laude dignam in hoc studi-

di-